



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 9. Diues, quia immisericors, fuit damnatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

alter non minùs pius, quām sacra doctus:  
Quando igitur ita es constitutus, inquit, &  
te largitatis in pauperes pœnitet, age ad  
templum mecum redi; totam quantam sum-  
mam expendisti, tibi numerabo, si Christo  
professus fueris, non te, sed me argentum  
istud in pauperes effudisse. Accipit condi-  
tionem miserè latus ille. Adeunt ambo  
templum, annumeratur pecunia, pronunti-  
atur formula, & meritum ab auaro ad li-  
beralem transfertur. O cæcam avaritiam!  
quām non videt in lucro suo damnum! Vix  
iste argentum receperat, & illico cum vale-  
tudine vitam amisit. Nam è templo egredi-  
ens, sub ipso limine, repentina morte extin-  
ctus est. Ita pecuniam pariter atque animam  
suam perdidit. Cur perdidit? quia liberali-  
tatem suam retractauit. Usque adeò non so-  
lùm avaritia impedit homines, ne sint libe-  
rales, sed etiam hominibus pœnitudinē inij-  
cit, si liberales extiterunt.

## §. IX.

*Diues, quia immisericors, fuit damnatus.*

Et quærimus adhuc, cur diuites difficul-  
ter intrent in regnum cœlorum? diuitiæ  
amatæ agrè separari se sinunt à suis amato-  
ribus; hinc faciunt illiberales; hinc effi-  
ciunt

ciunt immisericordes; hinc gignunt crudelitatem, quæ miseris non succurrunt; hinc merentur diuitiarum amatores, ut neque erga ipsos Deus sit liberalis, sed eos in vita sua, bona sua recipere sinat; in altera, quid

**Matth. 7.** futurum sit, dudum prædixit: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: nulla misericordia tetigit vos, neque Deus vobis miserebitur vestri.*

**2.** *Si cetera vobis omnia delicta desint, sufficit, misericordiam non exercuisse.* *Nam & ille dives, ait S. Augustinus, ante cuius ianuam iacebat pauperrimus ulcerosus, non est dictus, raptor rerum alienarum. Erat quidam dives, inquit, qui induebatur purpura & byssō, & epulabatur quotidie splendide.*

**S. Augu-**  
**stin. serm.** *Dives, inquit, erat, non dixit, pauperum op-  
pressor: non dixit, rerum alienarum raptor,  
aut delator, aut receptor: non dixit, pupillorum  
spoliator: non dixit, viduarū persecutor. Nihil  
borum, sed, erat quidem dives. Quid magnum  
est? dives erat, de suo dives erat. Cui aliquid  
tulerat? an forte illi auferret, & Dominus de  
illo reticeret, & personam eius acciperet, si cri-  
mina eius absconderet, qui nobis dicit: Nolite  
personaliter judicare?*

**19. de ver-**  
**bis Apost.**

**Luc. 16.**

**Ioan. 7.**

*Si vis ergo audire crimen  
diuitis illius, noli amplius querere, quam audis  
& veritate. Dives erat, qui induebatur purpura  
&*

Et byssō, Et epulabatur quotidie splendide. Quod ergo eius crimen? Iacens ante ianuam ulcerosus, Et non adiutus. Hoc enim apertè de illo dictum est, quod immisericors erat. Numquid enim, charissimi, si pauper ille ante iannam jacens sufficientem panem à diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis, quae cabant de mensa diuitiis? Propter hanc solam inhumanitatem, qua contemnebat pauperem ante ianuam suam jacentem, nec congruè dignebat pascebat, mortuus est, Et sepultus est. Et cum apud inferos in tormentis esset, lenauit oculos suos, Et vidit pauperem in sinu Abrahe. Et quid multis immorer? Desideravit guttam, qui non dedit micam. Nonne accepit instantem sententiam, qui non dedit crudeli auaritia? Si haec ergo poena est auarorum, que poena raptorum?

## §. X.

Dives, etiam quia voluptarius fuit, damnatus est.

Tertia caussa ab eodem epulone diuite trahitur. Nam etiā diuitiæ neque peccata sunt, neque culpabiles, ut rectè docuit Augustinus, neque prosperitas crimen haberi potest, cum à Deo sit, tamen inter diuitis illius elogia damnationis, ab Abrahamo etiam illud profertur, quia *recepit bona in vita sua*